UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Commvnio Sanctorvm. In Eccesia [!] Catholica

Fide & praxi frequentata. Catholicis ad devotionem. Acatholicis ad informationem. Proposita Ex PP. Soc. Jesu

Coloniæ, 1654

S. Eulampius & Eulampia. S Cerbonius Eps. S. Gereon & Soc. MM. 10 Oct.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44934

Visual Library

S. Eulampius & Eulampia, S Cerbonius Eps, S. Gereon & Soc. MM. 10 Oct.

Patientia.

Martyres morte naſcuntur, fine inchoant, occiſione viuunt, & obſcurati hic lucent in Cælis. Chryſol.

BB. Martyrum Eulampij & Eulampiæ, S Gereonis ac ſociorum, eius ac S, Cerbonij Epi nos quæſumus Dne feſta tueantur & eorum Oratio commendet veneranda per D.N Ieſum

Ora pro concordia Chriſtianorũ &

1. S. Eulampius & Eulampia V. ſoror eius N. comediæ floruerunt virtute & martyrio cum enim hæc audiſſet fratrē ſuū pro Chriſto torqueri, exiliens forti animo in mediam turbam, fratrem M. amplexata eſt, & ſociam adiunxit, itaque ambo in ollam feruētis olei iniecti, ſed non læſi miraculo illo ducentos lucrifecerunt, qui omnes capite truncati ſunt.

2 S. Cerbonius Epiſcop. Populonienſis a Totila Rege Vrſo famelico obiectus illæſus manſit, itaque cū honore à Rege eſt dimiſſus, & virtute miraculiſque in populo ſuo viuens & mortuus refulſit.

3. S. Gereon pars Legionis Thebæorū, quæ apud Aganum iuſſa erat occidi, quod gentilia ſacra execraretur, Coloniam peruenit, ibiq; in caſtris ãte vrbem cum 300 peremptus, patronus loci magnus euaſit.